

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. I. Clericos regulares rectè appellari Clericos monachos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

198 DE VETERE CLERICORVM
rum participem efficit. In qua consalutatione
sacram intellige, Dei praeferentium speciem,
societatem, quæ sibi iniicem cum latitia &
charitate congratulantur. His finio.

PARS TERTIA

CAPUT PRIMUM

*Clericos regulares rectè appellari Clericos-mo-
nachos.*



E Clerici-monachi nomenclaturâ exigua est difficultas, quia utrumque vocabulum in ante-dictis sigillatim explicatum est. Ratio verò has duas voces in unam conflandi hæc fuit: quod cum sint in Ecclesia fuerintque ab eius exordio, qui monasterij abstinentiam cum Ecclesiæ disciplinâ coniunxerunt, fidelibus ministrantes ut Clerici, domi viuentes ut Monachi,

visum

ET MONACHORVM HABITV. 199
visum est hos , à iuncto vtroque instituto,
iuncto quoque vocabulo, Clericos-Mona-
chos nuncupare . Genus hoc instituti in
Ecclesiâ vetustissimum est, cœpitque cum
ipso Clericatu; ac primi in eo Apostoli. Qui
licet ex Christi ordinatione essent Clerici,
vt potè constituti ab eo principes super
omnem terram, Doctores orbis, ministri &
dispensatores mysteriorum Dei : monasti-
cen nihilo minus exercuerunt, eamque sibi
voto & professione firmarunt, vt cum Bel-
larmino paucis suprà docui . In hanc sen-
tentiam scripsit Greg. Papa, *Sacerdotes mo-*
nachos Apostolorum figuram tenere. Aduerto
tamē inter Apostolos & Monachos ad Sa-
cerdotium promotos hoc esse diseriminis,
quod Apostoli primario ac principaliori
instituto Clerici fuerint , cui monastice
fuerit accessoria: contra verò fuerit in Mo-
nachis in Clerū adoptatis. Vnde perfectius
normam vitæ Apostolicæ illi exprimunt,
qui Clerici regulares, aut simpliciter Re-
gulares appellantur: nobis verò Clerici-
monachi: (qui modus loquendi ne lectorē
offen-

^{1691.}
*e. ex au-
toritate.*

200 DE VETERE CLERICORVM
offendat, moneo, sequi me in eo com-
munem cruditorum existimationem, ac
inter cæteros Illustrissimum Bellarm. qui
in libro suo de Script. Eccl. Canonicos re-
gulares Hugonem & Richardum de S. Vi-
ctore Monachos vocat. Qui cùm indubie
instituto Clerici fuerint, etiam ex Bellar-
mini auctoritate; ac itidem ex eius senten-
tiâ Monachi, restat ut fuerint Clerici-mo-
nachi. Fallitur enim qui Monachos pro-
priè & adæquatè vult dici à solitudine.
non à solitudine sic dicti, sed vnione cum
sacrâ monade, vt dixit S. Dionys. aut ani-
morum vnitate in communi & Apostoli-
câ vitâ, vt S. Aug. aut vnanimi circa eun-
Greg l. r.
in 1. Reg.
esp. 2.
dem Dei cultum consensu, vt S. Grego-
rius.

C A-